



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. LXXIX. Romana retractus Domus. De retractu coactivo competente
ad domum vicinam pro domus propriæ ampliatione ad Urbis ornatum ex
Constitutione Gregorii XIII. An & quandò competit necnè, Et de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](#)

tendente auctore illorum verificationem, econverso
autem reo cōvento id negante; Quare pro illis
examinandis distinguendum esse dicebam retractū
prælativū à coactivo. In primo etenim jux-
ta declarationem contentam in decīs. 437. Mer-
lini, alias 339. par. 5. rec. quatuor requisita alteri eti-
am retractū communia copulativē desiderantur;
Primò nemp̄ vicinitas, Secundò oblatio de adifi-
cando infra terminum præscriptum cum oblatio-
ne seu deposito pretii forsū ab emptore soluti, &
susceptione onerum & conditionum in instrumen-
to venditionis contentarum, Tertiò publicus or-
natus indè resultans sine quo sola vicinitas non
est operativa; Et quartò demum, ut futurum adifi-
cium, ex quo publicus ornatus resultare debet,
cadat partim in domo retrahente, & partim in re-
trahenda, quæ omnia requisita, vel in parte nega-
bantur, præsertim quia auctor nedum adificandi ob-
lationem non fecerat, sed potius animum non adi-
ficandi habebat, cum dominum retrahendam ad alte-
rius favorē acquirere declarasset, sed etiam cef-
fabant alterum requisitum ornatus ex utroque re-
trahente & retrahendo adificio sequendi, quoni-
am ejus vicinitas consistebat in quibusdam infe-
rioribus mansionibus seu apothecis subitus eam-
dem domum existentibus, ob quas non potest præ-
tendī retractus, quia non consideratur distinctio
adificiorum, quæ insinuū uniri, & ad novam meli-
orem formam reduci debeant, ut firmatur in spe-
cie diūta decīs. 339. num. 36. par. 5. recent. alias decīs.
437. apud illas Merlini, undē propterē ad dictā-
rum sententiārū inūstiam inferebatur.

In altero autem retractū coactivo, quoties do-
mus retrahenda est conductitia, ita ut per ipsum
Dominum non inhabitetur, eadem quatuor re-
quisita æqualiter concurrent debet spectata so-
lū differentia inter bona libera privatorum & fi-
deicommissaria vel piorum locorum, ut in prima
specie sufficiat deponere pretium in pecunia inve-
stienda pro retrahentis cautela juxta formam à
Constitutione præscriptam, in secunda verò spe-
cie debeat retrahens offerre aliam rem stabilem
æquivalentem cum debitib⁹ cautelis evictionis.

Ubi verò agitur de domo non conductitia, sed
per ipsummet Dominum habitata, tunc ultrā di-
cta quatuor requisita, tria alia desiderantur; Primò
nemp̄, quod adificium retrahens sit jam incep-
tum; Aléterum quod cohæret à duobus lateribus;
Et tertium quod adificium ex utraque conſtru-
endum futurum sit insigne, ita & taliter, quod domus
retrahendæ pretium in quadruplum excedat, ut
constat ex contextu Bullæ & reafsumit Rota decīs.
378. par. 5. recent. reperita inter illas Merlini decīs.
465. quorum requisitorum concensus pariter in
facto negabatur. Quid verò in contrarium obſtarat
& cum quibus fundamentis dictæ sententiæ e-
manaverint, est incertum, quia disputa-
tio ulteriore persequitionem
non habuit, dum concor-
dialitem termi-
navit.

R O M A N A R E T R A C T U S.

D O M U S

P R O

ARCHICONFRATERNITATE
S A N C T I S S . C R U C I F I X I
U R B I S,

C U M

D U C E S T R O Z Z I O.

Discursus pro veritate.

De retractū coactivo competente ad do-
mum vicinam, pro domus propriæ ampliatione ad Urbis ornatum, ex Conſtitutione Gregorij XIII. An & quando cō-
petat nec nē, Et de illius requisitis.

S U M M A R I U M.

- 1 C Asis controversie.
- 2 Derequisitis ad retractū coactivū.
- 3 Quando Dominus adificii retrahendi volens adificare ad ornatum excludat retractū.
- 4 Retractū coactivū pro ornamento Civitatis, an sit favorabilis, & competit etiam de jure com-
muni.

D I S C . LXXIX.

A Domum per Archiconfraternitatem San-
ctissimi Crucifixi posſessam ab uno late-
re confinante cum Palatio Ducis Stro-
zzi è conspectu Ecclesie Stigmatum Sancti Fran-
cisci, ab aliis verò tribus lateribus ad formam pen-
infulæ à viis publicis circumdatam, intentavit Dux
prædictus pro ejus palati ampliatione sub prætex-
tu ornatus Urbis ad formam Bullæ Gregorianæ re-
tractū coactivū, dictaque Societate me consulete, Pro veritate pro retractū incompetentiā reſpondi, atque auctor vifo reſponſo acquieciit, ac à præ-
tentione defitit; Dicebam igitur, quod cum palatiū
prædictū in ſuī ſtructura jam perfectū &
absolutū eſt, neque in eo aliiquid remaneret ad
ejus perfectionem adificandum, undē propterē
ex huiusmodi domus adjunctione mutaturum non
eſt formam vel ſtructuram; Hinc proinde reſulta-
bat dictam Bullam non intrare, cum iſta ad effe-
ctum retractū coactivū (ſtrictius practicandi quam
ſit prælativū) poſtulet, ut ex domo retrahente &
retrahenda utpote singulariter imperfectis, vel igno-
bilis adificia conſtituentibus, unum nobile &
perfectum adificium cum unione & ſuper adifi-
catione conſtrui valeat, ita ut futurum adificium æ-
què cadat in parte retrahente, ac retrahenda, fecus
ſi ſit quedam ſumptuosa & ſuperflua dilatario,
quam Conſtitutio non reſpexit, nam alijs ha-
bentis quis palatiū vel domum majorem, poſſet
ita omnes vicinos expellere, omniumque domorum
de contrata Dominus fieri, atque de una domo
facere.

facere unam Civitatem, ut bene discurrendo firmat Rota in Romana retractus coram Merlino, quæ in materia circumferri solet tanquam magistralis inter suas dec. 437. & reperit ap. 5. recen. deo. 339. n. 13. cum seqq. & n. 26. cum seq.

Secundo ex eodem jam dicto principio, quia domus retrahenda erat in sui genere perfecta, congruam constituta strukturam, & quod magis, non apta recipere novum ædificium, eum esset undique circumdata à viis publicis, neque illud recipere poterat in majori elevatione, cum esset æqualis altitudinis, ita ut aliud ad summum in ea fabrimurari opera facero non posset, nisi quādam dealbationem, scū extrinsecam incroftationem, dicto palatio similem, unde omnino Bullæ requisita in utroque extremo cessabant.

Tertio demum, quia si quis defectus in dicta domo dignoscerebat publico ornatum præjudicialis, Archiconfraternitas illius domina se promptam exhibebat ad ædificandum vel ornandum; id est que cum dicta oblatio nostra esset post item diu agitata, sed incontinenti, neque offerenti dānum inferret, quia modica fuisset impensa utilitatem etiam ob pensionis augmentum allatura, ita ut cesseret motivum simulationis, qua concorrente dicta oblatio reiici solet, ipsa potius veniebat præferenda, ut distingendo inter oblationem sinceram & alteram ad simulationem habetur apud Coccinum decis. Gratian. discept. 745. num. 19. Rota decif. 378. par. 5. recen. num. 4. quæ pariter est inter illas Merlini decis. 455. Atque ita in Curia practicatur, quia cum agatur de lege municipalī nimis exorbitantib, ut potest cogente Dominum invitum ad rei suae venditionem, neque aliud habeat rationis motivum, nisi illud publici oratus, seū potius spectato tempore quo emanavit, illud tollendæ deformitatis resultantis ex adjacentium ædificiorum imperfectione, vel nimia deformitate, idcirco intelligenda non est, nisi ad hos limites, dictisque requisitis concurrentibus.

Quo casu probabilitas etiam dici posset, eam à jure non exorbitare, præsertim ubi ageretur de voluntate construere aliquod confiçuum palatum, 4 qui pro Republicæ beneficio duculo argumento a dispositione textus cum ibi notariis in l. si quis se palchrum fr. de Religiosis & sumptibus funerum, non improbabiliter etiam ex sola dispositione, seū intentione vel ratione juris communis dictus retractus coactius exerceri potest ex deductis per Tappianam decisione 7. Caren. var. resolut. 8. Thes. jun. lib. I. question. for. 64. Burg. de laudemio par. 2. inspect. I. num. 15. & 49. in addit.

Et ex præmissis post plures annos confusus Egitur Francisco de Alte conspicuum ædificium, constructum in via Cursus, ut abstineret à jam determinata intentione retractus adjacentis domus illorum de Vitellie clavis jam perfectæ, & in sua nobili strutura ornatum facientis, habentisque ad amissim easdem circumstantias, quod scilicet ex tribus lateribus ad peninsulæ formam esset à pubblico circumdata, sed expectaret oportunitatem benevolæ, & conventionalis acquisitionis, cum sufficiat cessare dictam rationem deformitatis, atque domum in sua strutura facere ornatum,

**

ROMANA TRANSACTIONIS

PRO

ARCHICONFRATERNITATE
SANCTISSIMÆ AN-
NUNCIATÆ

CVM

ANDREA ALBERTO.

*Casus disputatus in Camera, & sopus per
concordiam.*

An retractui coactivo ad publicum ornatum competenti per Constitutionem Gregorii XIII. possit per pactum renunciari, vel potius ob favorem publicum renunciatione non obstante intentari possit.

SUMMARIUM

- 1 F Acti series.
- 2 Quid retractui competenti per Gregorianam constitutionem tanquam inducto favore publico non possit renunciari.
- 3 In iuri publico pactus privatorum derogari non potest, & num. 8.
- 4 Quod retractui possit renunciari.
- 5 Declaratur decis. 63. Mantice.
- 6 Non dicuntur decisiones in ijs que dicuntur incidenter.
- 7 Quod cavendum sit à digressionibus in decisionibus.
- 8 Declaratur regula, de qua num. 13.
- 9 Quid retractus concernat favorem principaliter privatum, accessoriè vero publicum.
- 10 Retractus dicitur exorbitans & odiosus.
- 11 Datur in retractu pœnitentia remissive.
- 12 Retractus non competit confinanti à parte retræ, & ubi non ad eft ratio ornatus.

DISC. LXXX.

I Ntentato per Andream Albertum retractu coactivo pro. urbis ornatu juxta Constitutionem 22. Gregorij XIII. ad duas domos per quemdam fideicommissum gravatum possellas, lite pendente jure ejusdem fideicommissi in Societatem Annuntiatæ obventas; Cum de aliis prefati retractus requisitis non dubitaretur, orta est controversia super modo, solvendi pretium, quoniam retrahens prætendebat illud solvere in pecunia, Societas vero prætendebat rem stabilem æquivalentem ad ejusdem Constitutionis præscriptum; Quapropter devenit est ad concordiam, per quam Albertus una domo contentus, renunciat juri retrahendi alteram; Et econverso Societas acceptavit domus retractæ pretium in pecunia; Quibus sequutis cum idem Albertus incorporata dicta domo cum propria, majorique ædificio copto agnoscet alteram esse vel necessariam vel latissimam commodam. Hinc dicta concordia non obstante denuò retractum ad di-

Etiam